

III.	Septima die infra Octavam S. Juliani, semiduplex. Commem. S. Blasii Episc. Mart.	57
IV.	Octava S. Juliani, duplex.	59
XII.	S. Eulaliæ Virg. et Mart. duplex	61
XIV.	S. Joannis Baptistæ a Conceptione, Conf. dupl. Comm. S. Valentini Presb. Mart.	64
XXV.	S. Sebastiani ab Apparitione, Conf. duplex	67

Martius.

I.	S. Rudesindi Episc. et Conf. duplex	69
III.	SS. Hemetherii et Celedonii Mart. duplex	70
VI.	S. Ollegarii Episc. et Conf. duplex	74
VIII.	S. Joannis de Deo, Conf. duplex ij. classis. (Ut in Brev.) — Lect. j. Noct. Beatus vir. de Communi.	76
XIII.	S. Leandri Episc. Conf. et Eccl. Doct. duplex ij. classis	76
	Officium votivum S. Jacobi, Hisp. Apost. et Patroni, semiduplex	80
	Officium de Immac. Concept. B. M. V. Hisp. Patron.	82
	Festum B. M. V. de Guadalupe, duplex majus	83



Proprium Sanctorum

❖ Mexicanorum. ❖

PARS HIEMALIS.

DIE I. DECEMBRIS.

S. Eligii

Confessoris et Episcopi.
Duplex.Omnia de Communi
Confessoris Pontif. præ-
ter sequentia.

Oratio.

TRibue nobis, quæsumus Dómine, singularem sancti Eligii, Confessoris tui atque Pontificis, caritatem imitari, ut illius mérita in spiritu et veritate celebremus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

In j. Nocturno, Lectio-
nes de Scriptura occur-
rente.

In II. Nocturno.

Lectio 1b.

Ligius Lémovici a catholicis piisque paréntibus religiose educatus, auri laborandi artem adolescens didicit. Mánuum labores cum pietatis operibus mire conjungens, quidquid temporis a labore supererat, in divinis frequentandis officiis, in sacrórum librórum audienda lectione, inque ea attento ánimo recolenda insumebat. Ætate autem ac sanctorum scientia proficiens, christianas virtutes impensius excóluit: suum enim corpus oratione et jejuniis in

mentis servitūtem redēgit, seque totum redimēdis captivis, detētis carcere solādis, et egenōrum sublevāndae inopiāe dedit. Hinc tantus ad eum pāuperum concūsus, ut quāerēti domum Eligii diceretur: Ubi pāuperum cōetum conspēxeris, illic et Eligium repēris. Harum virtūtum prāstantia Francōrum régibus Clotārio, ejūsque filio Dagobēro, apprīme carus fuit, quorum tamen grātia, vel ut indigētes juvāret, vel ut divīnam promovēret glōriam, solūmodo utebātur.

℞. Invēni.

Lectio v.

AD Armoricōrum regem pacis componēdā causa missus a Dagobēro, reges ambos felici fōedere sociāvit. Regālī ejūsdem Dagobērti munificētia adjūtus Solemniacēse in Lemovicibus cōenōbium cōndidit, Parisiis tercētum puellārum ascetērium, aliūdque pōstea Noviomī erēxit, exactam in singulis constituens vivēdi disciplinam; cuius fervor, ne umquam tepēsceret, exēplo juxta stūdui et verbo. Plūrima

divērsis temporibus auro, argēto, gemmis ornāvit sepulcra sanctōrum, et mausolēum in primis Martiris Dionysii miro artificio decorāvit. De Ecclesiā disciplina sollicitus simoniacam labem, quāe altas in Gāllia radices ēgerat, junctis cum Audōeno stūdiis extirpāvit; effecitque cum eo, ne quis deinceps Episcopus eligēretur, nisi qui integritate morum ceteris prāfulgēret.

℞. Pōsui.

Lectio vj.

TAmquam Aaron ad clerī honōrem vocātus, etsi pro singulari sua ānīmi demissōne rēnuens, sacris tamen initiātus, atque Noviomēsi prāfficitur Ecclesiāe. Quo in mūnere omnes perfecti præsulis partes fidēliter adimplēvit. Nam commissas sibi Christi oves in omni sciētia ac doctrīna erudire, atque in omni patiētia redarguere numquam cessāvit. Inopum gregem quotidie pavit, solitus etiā illōrum in singulis constituens vivēdi disciplinam; cuius fervor, ne umquam tepēsceret, exēplo juxta stūdui et verbo. Plūrima

qui suam modo incolēbant diocēsim, sed etiā alios quamplūrimos ad veri Dei cognitiōnem et cultum addūxit, atque eōrum fana subvertit. Cabilonēsi interfuit synodo anno a Virgīnis partu sexcentēsimō quinquagēsimō circiter celebrātā. Demum prophetiā dono clarus, miraculōrum fama insignis, septuagenārius placide obdormīvit in Dōmino, ejūsque corpus summa fidēlium veneratiōne cōnditum est in sepulcro, quod Deus miraculis glōriōsum reddidit.

℞. Iste est qui.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. xxv.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiscens. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. **Homil. in Evang.**

Ullus piger ab hac talenti acceptiōne securus est. Nullus namque est, qui veraciter dicat: Talentum minime accēpi; non est, unde ratiōnes pōnere cogar: talenti enim nōmi-

ne, cuilibet pāuperi etiā hoc ipsum reputābitur, quod vel minimum accēpit. Alius namque accēpit intelligētiā; prādicatiōnis ministērium debet ex talēto. Alius terrēnam substantiam accēpit; erogatiōnem talēti debet ex rebus. Alius nec internōrum intelligētiā nec rerum affluētiā accēpit, sed tamen didicit artem, qua pascitur: ipsa ars ei in talēti acceptiōne reputātur. Alius nihil horum assecutus est, sed tamen fortāsse familiaritatis locum apud divitem meruit, talētum profecto familiaritatis accēpit. Si ergo nihil ei pro indigētibz loquitur, pro talēti retentiōne damnātur.

℞. Amāvit.

Lectio viij.

HAbens ergo intellectum, curet omnino ne taceat: habens rerum affluētiā, vigilet ne a misericordiāe largitate torpēscat: habens artem qua regitur, magnopere stūdeat ut usum atque utilitatem illius cum proximo partiatur: habens loquēdi locum apud divitem, damnatiōnem pro retēto talēto timeat, si,

cum valet, non apud eum pro pauperibus intercedit: tantum quippe ab unoquoque nostrum venturus iudex exiget, quantum dedit. Ut ergo de talenti sui rationibus, redeunte Domino, quisque securus sit, cum tremore penset quotidie quid accepit. Ecce namque jam iuxta est, ut ille qui peregre profectus est, redeat: quasi quippe peregre abiit, qui de hac terra, in qua natus est, longe discessit; sed profecto revertitur, ut de talentis rationes ponat, quia si a bona actione torpescimus, de ipsis donis quae contulit, nos districtius iudicat.

R. Sint lumbi.

Lectio ix.

Consideremus ergo quae accepimus, atque in eorum erogatione vigilamus. Nulla nos a spirituáli opere terréna cura impédiat, ne, si in terra talentum absconditur, talenti Dominus ad iracundiam provocetur. Piger etenim servus, cum iam culpas iudex examinat, talentum de terra levat: quia sunt plerique, qui tunc se a terrénis desideriiis vel operibus sub-

trahunt, quando iam per animadversionem iudicis ad aeternum supplicium trahuntur. Ante ergo de talenti nostri ponenda ratione vigilamus, ut, cum iam iudex ad feriendum imminet, lucrum nos quod fecimus excuset.

Te Deum laudamus.

DIE XII. DECEMBR.

B. Mariæ V. de Guadalupe

Mexic. primariæ Patr. Duplex j. classis cum Oct. Omnia ut in Festis B. M. V. per annum, præter sequentia.

IN I. VESPERIS.

Añæ et Capit. de Laud.

V. Non fecit taliter omni nationi. **R.** Et iudicia sua non manifestavit eis.

Ad Magnif. Aña. Elégi et sanctificavi locum istum, ut sit ibi nomen meum, et permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.

Oratio ut infra ad Laud.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Præclara custos Virginum, Intacta Mater Numinis, Coelæstis aulæ janua, Spes nostra, cœli gaudium.

Inter rubeta liliam, Columba formosissima, Virgae radice germinans Nostro medelam vulnere. Turris draconum impervia, Amica stella naufragis, Tuere nos a fraudibus, Tuæque luce dirige. Erroris umbras discute, Syrtes dolosas amove, Fluctus tot inter, devius Tutam reclude semitam. Jesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine, Cum Patre et almo Spiritu, In sempiterna sæcula.

Amen.

In I. Nocturno.

Aña. A solis ortu* usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus.

Aña. Ego in altissimis* habitavi, et thronus meus in columna nubis.

Aña. Inventa sum* a non querentibus me; palam apparui iis, qui me non interrogabant.

V. Notum fecit Dominus salutare suum. **R.** In conspectu gentium revelavit gloriam suam.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. xxiv.

Go ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Ego

feci in caelis ut oriretur lumen inefficiens, et sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis. Gyrum caeli circumivi sola, et profundum abyssi penetravi; in fluctibus maris ambulavi, et in omni terra steti: et in omni populo et in omni gente primatum habui: et omnium excellentium ethumilium corda virtute calcavi: et in his omnibus requiem quaesivi, et in hereditate Domini morabor. Tunc praecipit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhabitata, et in Israel hereditare, et in electis meis mitte radices.

R. Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivos aquarum: cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: * Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium. **V.** Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ et thuris? — Et sicut dies.

Lectio ij.

AB initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cyprissus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris: et quasi storax et galbanus et ungula et gutta, et quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, et quasi balsamum non mistum odor meus.

R. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? * Terribilis

ut castrorum acies ordinata? **V.** Filia Sion, tota formosa et suavis es, pulchra ut luna, electa ut sol. — Terribilis.

Lectio iij.

EGO quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris et agnitionis et sanctæ spei. In me gratia omnis viæ et veritatis: in me omnis spes vitæ et virtutis. Transite ad me, omnes, qui concupiscitis me, et a generationibus meis implerini. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

R. Quæ est ista quæ processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filia Sion, et beatam dixē-

runt, et reginæ laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium. — Viderunt. Gloria Patri. Viderunt.

In II. Nocturno.

Añã. Signum magnum * apparuit in cælo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus.

Añã. Populus qui ambulabat * in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

Añã. Viderunt omnes * terminari terræ salutare Dei nostri.

V. Introibimus in tabernaculum ejus. **R.** Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Lectio iv.

Nno a reparata salute millésimo quingentésimo trigésimo primo, Deipara Virgo Joanni Didaco, piodique neophyto, Méxici in colle Tepejacénsi, uti antiquaet constanti traditione mandatur, sese videndam præbuit, eumque peramanter alloquens, Episcopum adire, ipsique ædem inibi sibi sacram excitandam nuntiare jussit. Rei veritatem solenter exploraturus, respon-

sionem distulit Joannes de Zumárraga, loci Antistes: ac neophyto, Beatissimæ Virginis aspectu imperioque rursus permoto, legationemque lacrymis et precibus iteranti, præcepit, ut signum, quo magnæ Dei matris ostenderetur voluntas, enixe peteret.

R. Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus, * Et in capite ejus coronâ duodecim stellarum. **V.** Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. — Et.

Lectio v.

DUM viam a colle Tepejacénsi remotiorem neophytus arriperet, et Méxicum, ne patrui lethali morbo correpto extréma deessent sacramenta, Sacerdotem advocaturus contenderet, eidem benignissima Virgo tertio occurrit; mœrentem de patrui sanitate certiorem facit; rosasque pulcherrimas, contra loci hyemisque asperitatem, recens obortas, in ejus pallio compositas, Episcopo deferri injungit. Mandatis obséquitur Di-

dacus, cujus in pállio, rosis coram Episcopo effúsus, Mariæ sanctæ imágo qua prorsus spécie in colle prope urbem sese exhibúerat, mirum in modum depícta conspicitur. Tanto percúlsi prodigio religiósam cives effigiem in episcopáli sacélló rite asservándam curant : quæ, paulo post, solémni pompa ad ædem in colle Tepejacénsi extrúctam transláta, insigni géntium cunctárum veneratióne præfúlget.

R. Quæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens : * Pulchra ut luna, elécta ut sol? **V.** Quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, et quasi flos rosárum in diébus vernis. — Pulchra.

Lectio vi.

Magnifico deinceps excépta templo, cui Canonicórum Collégium Románi Pontífices ad divini cultus splendórem addidérunt, Mexicánæ gentis pietátem in Deiparam summópere adáuxit; ingentique cólitur populórum ac miraculórum fréquentia. Quaprópter Eam uti præsentíssimum advérsus públicas privátasque calamitátes præ-

sídium Archiepiscopus Mexicánus ceterique illárum regiónum Antístites, ómnium órdinum consensióne, in primáriam adlegérunt univérsæ Mexicánæ Natiónis Patrónam, ritéque eléctam Benedictus décimus quartus auctoritaté apostólica declarávit, atque Officium et Missam sub título beátæ Virgínis Guadalupénsis, recitári concessit. Leo vero décimus tértius iterátis Mexicanórum Præsulum petitióibus benígne ánuens, novíssimum hoc Officium, ex Sacrórum Rituum Congregatiónis consúlto, recitári indúlsit, Virgínisque effigiem prodigiis atque cultu célebrem áurea coróna, suo nómine et jussu, solémni ritu condecorári decrevit. Quam quidem quarto Idus Octóbris anno millésimo octingentésimo nonagésimo quinto coram Episcopis fere ómnibus Reipúblicæ et áliis bene multis ex réliquis Américæ pártibus illuc confluéntibus, máxima incolárum advenarúmque fréquentia et gratulatióne, Archiepiscopus Mexicánus pretiosíssimam impósuit. *Tan-*

dem Pius Decimus sacerdotum Antistitum Americae Latinae, voti satisfactus, eandem Beatissimam Virginem Guadalupensem, totius Americae Latinae Patronam præcipuam declaravit.

R. Elégi et sanctificávi locum istum; * Ut sit ibi nomen meum, et permáneant óculi mei, et cor meum ibi cunctis diébus.

V. Non fecit táliter omní natióni, et judícia sua non manifestávit eis. — Ut. Glória. Ut.

In III. Nocturno.

Añ. Tabernáculum Dei * Maria, in médio Civitátis ejus, et non commovébitur.

Añ. Egréssa es * in salutem pópuli tui, in salutem cum Christo tuo.

Añ. Gloriósa dicta sunt * de te, Civitas Dei : fundávit te Dóminus in montibus sanctis.

V. Filii tui de longe vénient. **R.** Et filiae tuæ de látere surgent.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio vij. Cap. j.

In illo témpore : Exsúrgens Maria abiit in montána cum festinatióne, in civitatem Juda. Et intrávit in domum Zachariæ, et salutávit Elisabeth. Et réliqua.

Homília S. Bernárdi Abbatís. **De Verbis Apoc. cap. xij. ad finem.**

Mirabátur Elisabeth persónam veniéntis, dicens : Unde hoc mihi, ut véniat Ma-

ter Dómini mei ad me? Commendábat et vocem salutántis, adjiciens : Ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo : et beatificábat fidem credentis : Beáta, inquiens, quæ credidísti. Magna quidem præconiá; sed et devóta humilitas nihil sibi passa retinére, in eum magis univérsa refúdit, cujus in se beneficia laudábantur.

R. Felix namque es, sacra Virgo Maria, et omni laude digníssima : * Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, iníterveni pro clero, intercéde pro deyóto femineo sexu ; séntiant omnes tuum juvámén, quicúmque celebrant tuam sanctam festivitátem. — Quia.

Lectio viij.

TU, inquit, magnificas Matrem Dómini, sed magnificat ánima mea Dóminum. In voce mea filium pérhibes exsultásse in gáudio, sed exsultávit spiritus meus in Deo salutári meo : et ipse quoque tamquam amicus sponsi gaudet ad

vocem sponsi. Beátam esse dicis, quæ crédidi; sed credulitátis et beatitúdinis causa respéctus est supérnæ pietátis; ut ex hoc magis beátam me dicant omnes generatiónes, quia ancillam húmitem et exigúam respéxit Deus. Verúm tamen numquid putámus, fratres, Elisabeth sanctam in eo quod per spíritum útique loquebátur errásse? Absit. Beáta plane quam respéxit Deus, et beáta quæ crédidit. Hic enim magnus divínæ respéctiónis exstitit fructus.

R. Beátam me dicent omnes generatiónes :
* Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus a progénie in progénies tíméntibus eum.
— Quia. Glória. Quia.

Lectio ix.

Ineffábili síquidem artificio Spíritus superveniens tantæ humilitáti magnanimitas tanta in secretário virginei cordis accéssit, ut quod vidélicet nec humilitas tanta minúerit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem. Sed cum in sua aestimatióne

tam húmili esset, nihilóminus et in promissiónis credulitate magnánimis, ut quæ nihil aliud quam exigúam sese reputábat ancillam, ad inscrutábile sacraméntum nullátenu se dubitáret eléctam, et veram Dei et hóminis Genitricem créderet mox futúram. Jam te, Mater misericórdiæ, per ipsum sinceríssimæ tuæ mentis afféctum tuis jacens provolúta pédibus luna, mediátricem sibi apud solem justitiæ constitútam, devótis supplicatióibus interpellat, ut in lúmine tuo videant lumen, et solis grátiam tuo mereátur obténtu, quam vere amávit præ omnibus, et ornávit stola glóriæ induens, et corónam pulchritúdinis ponens in cápite tuo. **Te Deum.**

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Quæ est ista * quæ processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem?

Ps. Dóminus regnavit, cum reliquis.

2. Vidérunt eam * filię Sion vernántem in floribus rosárum, et beatíssimam prædicáverunt.

3. Flores apparuerunt *

in terra nostra : te laudámus, Sancta Dei Genitrix.

4. Cantáte ei * cánticum novum : annuntiáte inter gentes glóriam ejus.

5. Tu glória * Jerusalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli tui, **Capitulum.** **Prov. viij.** **B**eatús homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et háuriet salutem a Dómino.

Hymnus.

Ex S. Anselmo, Episc. Canturien.

Alma Parens, omni carens
Corruptelæ mácula,
Qua m elégit qui confrégit
Diræ mortis víncula.
Clemens! præsta ut qui

feſta
Tua gaudent colere,
Gratuléntur et læténtur,
Veræ lucis lúmine.
Primum quidem nobis fidem
Tuis auge précibus,
Spe labéntes firma mentes,
Caritáte róborá.
Mater Dei! nostræ spei
Causa et exórdium,

Aufer bella et flagélla,
Famem, pestem, gládium.

Egenórum et victórum
Consoláre gémitum :
Fave votis, dans ægrótiſ
Optátum remédium.

Pax et quies nostros dies
Fácient lætíssimos :
Inimícos fac amícos,
Seda malos hómines.

O Maria, Mater pia,
Tuum da subsidiúm
Ut regnémus et laudémus
Tuum semper Filiúm.
Pater Deus, Fili Deus,
Deus Alme Spíritus,
Per ætérna nos guberná
Sæcula, Deus Trinitas.

Amen.

V. Omnis terra adóret te, et psallat tibi. **R.** Psalmum dicat nómini tuo.

Ad Bened. Añæ. Quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, et quasi flos rosárum in diébus vernis.

Oratio.

Deus qui sub beatíssimæ Virginitis Mariæ singulári patrocínio constitutos perpétuis beneficiis nos cumulári voluisti : præſta supplicibus tuis; ut cujus hódie commemoratióne lætámur in terris, ejus conspéctu perfuámur in cœlis. Per Dóminum.

Ad Primam in **R.** br. dicitur **V.** Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, **Capitulum** Beátus homo. ut supra.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis, præter sequ.

Ad Magnif. **Aña.** Leva in circúitu oculos tuos et vide : omnes isti congregati sunt, venérunt tibi : filii tui de longe vénient, et filiaæ tuæ de latere surgent.

DIE XVII. DECEMBR.
Sexta die infra Octavam

B. Mariæ V.
de Guadalupe.

In j. Nocturno, **Lectiones** de Scriptura occurr.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis. **Serm. in cap. xij.** Apocalypsis.

Leccio iv.

Movum fecit Dóminus super terram, ut múlier circúmdaret virum, nec álium quam Christum, de quo dicitur : Ecce vir, Oriens nomen ejus. Novum quod fecit in cælo, ut múlier sole appareret amicta. Dénique et coronávit eum, et vicissim ab eo méruit coronári. Egredimini, filiaæ Sion, et vidéte

regem Salomónem in diadémate, quo coronávit eum mater sua. Verum hoc álias. Interim sane ingredimini magis, et vidéte Reginam in diadémate, quo coronávit eam Filius suus. In cápite, inquit, ejus coróna stellárum duódecim. **R.** Signum. 7*

Leccio v.

Dignum plane stellis coronári caput, quod et ipsis longe clárius micans, ornet eas pótius, quam ornétur ab eis. Quidni coronent sidera, quam sol vestit? Sicut dies verni circúmdabant eam flores rosárum, et lília convállium. Nimirum læva sponsi sub cápite ejus, et jam dextera illius amplexátur eam. Quis illas æstimet gemmas, quis stellas nóminet, quibus Mariæ régium diadéma compactum est.

R. Quæ est. 8*

Leccio vj.

Quid ergo sidereum micat in generatióne Mariæ? Plane quod ex régibus orta, quod ex sémine Abrahæ, quod generósa ex stirpe David. Si id parum vidétur, adde, quod generatióni illi ob singuláre privilégium

sanctitátis divinitus nóscitur esse concéssa, quod longe ante eisdem pátribus cælitus repromissa, quod mysticis præfiguráta miraculis, quod oraculis prænuntiáta prophéticis. Hanc enim sacerdotális virga, dum sine radice flóruit : hanc Gedónis vellus, dum in médio siccæ áreæ máduit, hanc in Ezechiélis visióne Orientális porta, quæ nulli umquam páuit, præsignábat.

R. Elégi. 9*

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Leccio vij. Cap. j. d

In illo témpore : Exsurgens Mariá, ábiit in montána cum festinatióne, in civitátem Juda : et intrávit in domum Zachariæ, et salutávit Elisabeth. Et reliqua.

De Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Mides non dubitásse Mariám, sed credidisse, et ideo fructum fidei consecútam? Beáta, inquit, quæ credidisti. Sed et vos beáti, qui auditis et créditis : quæcúmque enim crediderit ánima, et concipit, et generat Dei ver-

bum, et ópera ejus agnóscit. Et ait Mariá : Magnificat ánima mea Dóminum. Sit in singulis Mariæ ánima, ut magnificet Dóminum : sit in singulis spiritus Mariæ, ut exsúltet in Deo. Nam etsi secúndum carnem una mater est Christi, secúndum fidem tamen ómnium fructus est Christus.

R. Felix namque. 9*

Leccio viij.

Omnis enim ánima concipit Dei Verbum, si tamen immaculáta, et immúnis a vitíis, intemérato castimóniam pudóre custódiat. Quæcúmque igitur talis esse potúerit ánima, magnificat Dóminum, sicut ánima Mariæ magnificávit Dóminum, et exsultávit spíritus ejus in Deo salutári suo. Non quod Dómino áliquid humana voce possit adjúngi, sed quia magnificátur in nobis, Sed Mariæ quo persóna mélior, eo prophetía plénior.

R. Beátam me. 10*

Leccio ix.

NEC otíósum vidétur, quod et ante Joánnem Elisabeth prophétat, et Mariá ante Dómini ortum : serpunt enim jam

tentaménta salutis humanæ. Nam sicut peccátum a mulieribus cœpit; ita etiám bonum a mulieribus inchoátur: ut feminae quoque muliebria ópera deponéntes, infirmitáti renúntient; et ánima quæ non habet sexum, ut María quæ nescit errórem, religióso imitétur stúdio castitátem.

Te Deum laudámus.

DIE XIX. DECEMBR.

Octava

B. M. V. de Guadalupe Mexicanæ.

Duplex.

Omnia ut in Festo, exceptis Lectionibus.

In I. Nocturno.

De Canticis Canticórum.

Leccio j. Cap. ij.



GO flos campi, et lílium convál-
lium. Sicut lílium
inter spinas, sic amica
mea inter filias. Sicut
malus inter ligna silvá-
rum, sic diléctus meus
inter filios. Sub umbra
illius, quem desideráve-
ram, sedí; et fructus ejus
dulcis gútturi meo. Intro-
dúxit me in cellam viná-
riam, ordinávit in me ca-
ritátem. Fulcite me flóri-
bus, stipáte me malis: quia amóre lángueo. Læ-

va ejus sub cápite meo,
et dextera illius amplexá-
bitur me. Adjúro vos, fi-
liæ Jerúsalem, per cá-
preas cervósque campó-
rum, ne suscitétis, neque
evigiláre faciátis diléctam
quoadúsque ipsa velit.

℟. Vidí speciósam. 5*

Leccio ij.

VOX dilécti mei, ecce
iste venit sáliens in
móntibus, transiliens col-
les: similis est diléctus
meus cáprea, hinnuló-
que cervórum. En ipse
stat post parietem no-
strum, respiciens per fe-
néstras, prospiciens per
cancéllos. En diléctus
meus lóquitur mihi: Sur-
ge, própera, amica mea,
colúmba mea, formósa
mea, et veni. Jam enim
hiemstránsiit, imber ábiit,
et recéssit. Flores appa-
ruérunt in terra nostra,
tempus putatiónis advé-
nit: vox túrturis audita
est in terra nostra: ficus
prótulit grossos suos: vi-
neæ floréntes dedérunt
odórem suum.

℟. Quæ est ista. 6*

Leccio iij.

SURGE, amica mea, spe-
ciósa mea, et veni:
colúmba mea in forami-
nibus petrae, in cavérna
macerie, osténde mihi

faciem tuam; sonet vox
tua in áuribus meis: vox
enim tua dulcis, et facies
tua decóra. Cápite nobis
vulpes párvulas, quæ de-
moliúntur vineas: nam
vinea nostra flóruit. Di-
léctus meus mihi, et ego
illi, qui páscitur inter lí-
lia, donec aspiret dies, et
inclinéntur umbræ. Re-
vértere: similis esto, di-
lécte mi, cáprea, hinnu-
lóque cervórum super
montes Bether.

℟. Quæ est ista. 6*

In II. Nocturno.

Sermo sancti Cyrilli Epi-
scopi Alexandrini.

Homil. contra Nestorium.

Leccio iv.



Illarem vídeo cœ-
tum Sanctórum
ómnium, qui con-
venérunt promptis áni-
mis, a sancta et Dei Ma-
tre María semper Virgine
convocáti. Laus et glória
sit tibi, sancta Trinitas,
quæ omnes nos ad hanc
celebritátem convocásti.
Sit etiám tibi, sancta Dei
Mater, laus. Tu enim es
pretiósá margaríta orbis
terrárum: tu lampas in-
extinguibilis, coróna vir-
ginitátis, sceptrum ortho-
dóxæ fidei, templum in-
dissolúbile, cóntinenseum
qui nusquam continéri

potest, Mater et Virgo,
per quam benedíctus, qui
venit in nómine Dómini,
in sanctis Evangéliis no-
minátur.

℟. Signum. 7*

Leccio v.

PER te Trinitas san-
ctificátur, per te crux
pretiósá celebrátur, et
adorátur in toto orbe ter-
rárum. Per te exsúltat
cœlum, lætántur Angeli
et Archángeli, fugántur
dæmones, et homo ipse
ad cœlum revocátur. Per
te omnis creatúra idoló-
rum erróre deténta, con-
vërta est ad agnitiónem
veritátis, et fidèles hómi-
nes ad sanctum baptisma
pervenérunt, atque in toto
orbeterrárum constructæ
sunt ecclésiæ.

℟. Quæ est ista. 8*

Leccio vj.

TE adjutrice, gentes
veniunt ad poeniténtiam.
Quid plura? Per te
unigénitus Dei Fílius vera
illa lux effúlsit sedénti-
bus in ténebris, et umbra
mortis: per te prophétæ
prænuntiáruunt, per te
Apóstoli salutem génti-
bus prædicáruunt. Quis-
nam póterit tuárum lau-
dum præcónia explicáre,
María Mater, et Virgo?
Hanc, fratres dilectissi-